Ad rei memoriam.

O. A. M. D. Gl.

Et S. Laurentii

Die primo mensis Septembris, id est, feria sexta post dominicam XII post Pentecosten anni MDCCCXLIII turri ecclesiae ad S. Laurentium infixa est crux post sacrum solemne in ecclesia hujate celebratum. Crux haecce desumta erat, ut auro de novo obduceretur per pictorem, turrisque ipsa colore viridi, qua et antea fuerat ornata, nunc iterum de novo tecta, colorata est.

Sumtus tum ad turrim colorandam tum ad crucem, cui etiam gallus est superfixus, cum cuppa etc. auro deaurandam parochiani aliqui ultro praebuerunt.

Praefuit tunc temporis parochiae:
R. D. Severinus Kaufman, Consiliarius consistorialis Linc. Decanus et scholarum inspector Decanatus Altheim et parochus eccl. ad S. Laurentium.
Cooperator fuit Josephus Wimer.
Beneficiatus in eccl. ad S. Sebast. Joannes Rauscher.
Vitrici eccl. ad S. Laurentium fuerunt:
1. Jacobus Neuhauser, sutor et civis in Altheim
2. Martinus Kobler Treiblmayr in Mauernberg

3. Franziscus Wisbauer, Strigl in Gallenberg
4. Laurentius Pulscher; Wölflbauer in Byrath

Muromontii die ultimo Augusti
MDCCCILIII

Severinus Kaufmann
mpria
supra dictus Parochus et Decan: